



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

19. An Confessarius frangat Sigillum, si revelet virtutes pœnitentis,
extasim, & alia dona Dei? Et notatur posse pœnitentem obligare
Confessarium sub secreto naturali has virtutes, & dona celare. Ex ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

De Sigillo Confessionis. Ref. XVII. &c. 433

iustè queri, adhuc ea actio priuandi ab officiis, & de-
negandi ea suffragia, iniuriola est Sacramento con-
fessionis, quia illud reddit hominibus exosum, &
vt odiosum reddatur, satis est quod securus ius ha-
bere Superiores ortum ex notitia confessionis ad
priuandos ipsos peccitentes huiusmodi officiis, &
suffragiis.

7. Ad secundum respondeo nullam dari occasio-
nem hominibus seculariis utendi perniciosa cautela,
vt conferuentur in officiis, in quibus habent occa-
siones peccandi, quia si Praelatus alia via confiteat
de tali occasione, iuste eos poterunt priuare, si au-
tem non confiterit, nisi per confessionem nullum
iis eis tribuit ad id faciendum, vt patet. Sed ex dictis
resoluendi sunt aliqui casus in particulari.

RESOL. XVII.

*An aliquis vocalis, v.g. nostra Religionis, vel Magister
Noniorum possit negare suffragium alicui propter
peccatum confessum?* Ex part. 5. tr. 1. Ref. 4.

§.1. **A**ffirmatiue respondet Ochagavia de Sa-
cram. tr. 3. de sigillo, q. 7. n. 2. & alij, quos
ego* alibi citavi; quia in tali casu nullo modo reue-
latur peccatum, quia ipse solus peccitens id conicit;
& ita etiam docet Kellisonius tom. 2. in 3. p. q. 11. art.
1. dub. 4. & ibi Mercerus art. 5. dub. 2.

2. Sed hanc sententiam esse refellendam, patet ex
dictis in superiori resolutione: nam eo ipso quo pec-
catus intelligi se posse priuari officio, suffragio,
sacris Ordinibus propter hunc peccatum confessum, quis
dicere inde non reddi hoc diuinum Sacramentum ho-
minibus formidabile? Igitur negatiuam sententiam
prositus sustinendam esse puto, quam docet Bañez,
Onuphrius, Fagundez vbi supra citati, quibus adde
Sebastianum à Bononia tract. de elect. p. 1. c. 5. dub. 37.
nam. 2. Reginaldum in praxi tom. 1. lib. 3. c. 3. n. 33.
Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 3. sect. 7. n. 12. Sanchez
de matr. tom. 1. lib. 3. diff. 6. n. 6. Rodriq. in qq. Regul.
tom. 2. q. 5. 4. art. 4. Coriolanum de cas. referu. p. 1. sect.
1. art. 16. & Hurtadum de Sacr. disp. 1. 2. de panit.
diff. 9. quia Confessarius ita tenetur sigillo sacro
confessionis, vt nequeat peccatum in confessione
tantum notum alicui dicere, non solum aliis à pe-
ccidente, quamvis viderint peccatum à peccidente
committi, sed nec illud obiciere ipsi peccitentem; in
casu autem dicto remouere peccitentem ab officio,
aut ipsi negare suffragium, aut aliud circa ipsum
efficere, quando ipse conicit, aut coniceret potest
id fieri ob peccatum confessum, est ipsi insinuare,
imò est quodammodo obiciere, & exprobare pecca-
tum confessum, quo confessio ita fiet ei molesta &
odiosa, vt ob id retrahi possit ab ipsa, ergo id est
contra obligationem sigilli sacri confessionis. Deinde,
vt dictum est, confessio nulli debet esse molesta
& grauis, neque ex ea debet peccitens sentire ali-
quod incommodum, sed si ex confessionis scientia
priuaret peccitens aliqua dignitate, sine dubio
ex confessione fentire aliquod incommodum, eique
illa efficit grauis & molesta. Neque dicas nulli reddi
molestanti confessionem, quia suffragium quod da-
tur, est omnino occultum & secretum. Responde-
tur enim id esse per accidentem, quod scil. suffragium
datum nesciatur à peccitente; attamen per se con-
fessio est illi grauis, & onerosa, quod nulla ratione
videtur concedendum de confessione. Addo quod
Confessarius in tali casu accedit ad electionem, vt
homo simpliciter, sed vt talis nouit eligendum di-
gnum Praelatura, officio, sacris Ordinibus, &c. vt
suppono: ergo vt talis potest, & debet illi facere.

nam quod deinde in confessione nouerit illum indi-
gnum, perinde est ac si non noiset, iuxta illud D.
Bern. *Nihil minus scio, quam qua per confessionem
scio.* Et audiunt superiores Regularium verba Ri-
chardi in 4. sent. dist. 2. 1. n. 4. q. 2. ad 4. vbi sic ait.
Praelatus remouente ab officio subditum suum, et si
faciat utilitatem ipsius, facit tamen contra utilitatem
communitatis, quia illi, qui remouentur ab officiis
ex notitia confessionis prioniores reddentur, vt non
confiteantur secundum veritatem. Ita ille.

RESOL. XVIII.

*An sit contra sigillum reuelare defectus naturales
panitentis, v.g. si panitens dicat in confessione
se natum esse ex parentibus, fordis, infamibus,
aut non coniunctis legitimo matrimonio, &c?* Ex
part. 5. tr. 1. Ref. 29.

§.1. **E**x communis sententia tenendum est ad Super hoc
materialm figilli pertinere non solum pec- quodvis a-
ciata, sed etiam quodvis aliud in confessione auditum, ita vide in-
se cognitum, cuius declaratio, seu manifestatio Ref. 44. &
possit, per se loquendo reddere hominibus confes- 45. & alterius
tionem grauem, & odiosam, ex quo si primò si pec- Ref. earum
nitens animo declarandi melius conscientiam suam, annos.
dicat. Confessario aliquid tibi ignominiosum, v.g.
se natum esse ex parentibus fordis, infamibus aut
non coniunctis legitimo matrimonio, vere violare
sigillum, si id manifestet; & ita docet ex Soto &
Valentia Iacobus Granado in 3. part. de Sacramen-
to. 7. tract. 1. 1. disput. 3. n. 2. quibus adde Onuph.
opiso. de sigillo. sect. 4. q. 7. dub. 2.

2. Aduerte tamen quod ex Comineck obseruat Kellisonius tom. 2. in 3. part. quest. 1. 1. art. 2. dub. 1.
Hurtado de Sacramentis disp. 1. 2. diff. 3. quod licet
sit contra sigillum, vt dictum est, reuelare defectus
naturales peccitentis, quando ab ipso dicuntur in
confessione, vt conducentes ad explicationem sui
peccati; secūs vero dicendum, quando à peccitente
narrantur incidenter, & non tanquam conducentes
ad id, sed in hoc cau abstinet etiam debeat Confessarij à dicta manifestatione. Imò Malerus tract.
de sigillo, cap. 15. sic ait. Defectus naturalium, vita oc-
ulta corporis, & similia, quæ peccitentes sua pec-
cata explicando reuelant, sub sigillum cadunt, etiam
si parum conductat eorum explicatio ad peccati narra-
tionem, sed ex simplicitate peccitentis addantur.

RESOL. XIX.

*An Confessarius frangat sigillum si reuelet virtutes
panitentis, extasim, & alia dona Dei?*
*Et notatur posse panitentem obligare Confessarium sub
secreto naturali has virtutes, & dona celare.* Ex
part. 5. tr. 1. Ref. 30.

§.1. **N**egatiuam sententiam docet Reginaldus in
praxi tom. 1. lib. 3. cap. 4. in principio, & Pe-
trus Ochagavia de Sacram. tract. 3. de sigillo, quest. 4.
num. 4. vbi sic ait. Non est contra sigillum confessionis,
si quis reuelet peccitentis virtutes, dona Dei, aut
voluntate ingrediendi Religione, velducendi uxo-
rem Mariam, aut factum aliquod, quod impertinen-
ter fuit narratum in confessione ad explicandum pecca-
tum, quia per hæc non detegitur aliquid, ex quo
sciari possit peccitentem commississe aliquod peccatum;
occultanda tamen hæc sunt secreto naturali iuxta in-
tentionem peccitentis.

2. Sed Iacobus Granado in 3. part. de Sacram. con-
tra. 7. nr. 11. disp. 3. n. 4. docet quod dona & virtutes
OO peccitentis

pénitentis cadunt etiam sub sigillum, quando à pénitente dicuntur ut necessaria, vel vilia ad declaranda sua peccata, vel ob aliam rationem, itavt velit manere omnino occulta, aliqui fieret odiola confessio, & merito offendetur pénitens. At vt verum fatear, haec virtutes & dona quasi semper non manifestantur ad explicacionem peccati, neque ex eam manifestatione redditur pénitentibus odiola confessio, ergo, &c. Et ita hanc sententiam negatiuam tenet etiam Malderus tract. de sigillo, cap. 15. vbi tamen rete nota posse pénitentem obligare Confessarium sub fecero naturali has virtutes & dona celandi.

RESOL. XX.

An Magister Novitiorum, vel Confessarius Monialium possit in exercitiis spiritualibus in generali damnare peccata, que audiuit in confessione? Et notatur concionantem de peccatis, que se dicit in confessione isto loco audiuisse, modo ita prudenter hoc faciat, & cautele, ut impossibile sit inde prodi peccatore, non esse violatorem Sigilli, peccare tamen propter scandalum datum, & quia confessionem reddit odiosam. Ex part. 5. tr. 11. Ref. 36.

§. 1. **A**d hunc casum libet respondere cum vers. 2. Malderi tract. de sigillo, cap. 14. vbi sic ait: Scandalum facile oriri potest quando quis paucos habet pénitentes sibi subditos, & coram eis concionatur contra defectus in confessione detectos, vt si Confessarius Novitiorum in aliquo Monasterio, aut Confessarius Monialium concionetur coram ipsis de viuis in confessione reuelatis, tunc enim faciliter contingere rubore suffundi confessos.

2. Notandum est etiam hic obiter, quod Beja part. 3. cas. 15. notat, & idem Malderus concionantem de peccatis, que se dicit in confessione isto loco audiuisse, modo ita prudenter id faciat, & cautele, ut impossibile sit inde prodi peccatorem, non esse violatorem sigilli, peccare tamen mortaliter propter scandalum datum, & quia confessionem reddit odiosam.

RESOL. XXI.

An si Confessarius ex confessione intelligat famulum esse furem, possit illum dimittere? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 37.

§. 1. **A**ffirmat Henriquez lib. 3. de pénitent. cap. 23. numero 5. & Vafquez in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 4. Mihi vero magis placet sententia negans, quia talis dimissio efficit quadam exceptione extra confessionem pudefaciens pénitentem. Secus dixero si prudenter inuigilando in actus famuli, deprehendat relapsum in futurum, tunc enim poterit alio praetextu, & occulte ipsum dimittere. Dico, alio praetextu, quia si alium praetextum inuenire non possit ita speciosum, quin famulus suspicari possit originem suæ dirissioneis esse ex scientia confessionis, non probarimi etiam tunc dimissionem. Et ita hanc sententiam tenet Malderus tract. de sigillo, cap. 14.

RESOL. XXII.

An Sacerdos, qui scit ex confessione furtum sibi factum, possit furem accusare ex aliis indiciis extra confes-

sionem cognitio?

Ex quo infertur, quod si publicus virarius, vel publicus concubinarius non sint absoluti à Confessario, & petant communionem, Confessarius potest cum illis negare, dicendo eos esse in publico peccato. Ex part. 5. tr. 11. Ref. 17.

§. 1. **A**ffirmatio respondet Vafquez in 3. part. tom. 4. quest. 93. art. 4. dub. 6. item 4. vbi docet Sacerdotem posse accusare cum, qui confitetur se quidpiam illi furatum esse, posse, inquam, accusare ex aliis indiciis, quod faciliter eo tempore talis res sibi defuerit, nec alius dominum invenerit. Et ratio huius sententiae esse potest, quia Confessarius non prohibetur vi scientia aliunde parta; hinc si publicus virarius, vel publicus concubinarius non sint absoluti à Confessario, & petant communionem, Confessarius potest eam negare, dicendo eos esse in publico peccato. Et hanc opinionem ex Valentia & Soto docet etiam Malderus tract. de sigillo, cap. 10. vbi firmat posse Confessarium in tali casu acculare furem, modo nihil administrandi ad actionem instituendam furem confessione.

2. Sed vt verum fatear, sententia haec circa positum diuum in praxi non videtur tutu, quia debet supponi, quod tota notitia facta vere sit compara ta ex confessione sacramentali, & indicia fœculi sumpta non præberent sufficientem notitiam ad accusandum; unde talis Confessarius vere vitur scientia ex confessione sacramentali orta. Unde meritis reddi posset odiola confessio. Et ita docet Iohannes prepositus in 3. parte, quest. 11. de sacro sigilo, dub. 3. num. 25.

RESOL. XXIII.

An pro seruanda vita possit Sacerdos aliquo modo confessare peccata pénitentis?

Ex quo infertur Sacerdotem, qui cum aliis iter agens, ex uno illorum per confessionem intellexerit ingressum sylva parati sibi mortem, teneri peccatum sylvam ingrediendo, quam aut fugia, aut remissione confessionem iam factam suscitare aliquo modo reddere.

Et hoc etiam si huiusmodi Sacerdos in superadicto cof existens in peccato mortali esset.

Ex quo etiam sequitur Sacerdotem, qui in confessione sibi facta cogovit in vino, in quo fidelius esset Sacrum, esse immixtum venenum, ne posset, aut omisire Sacrum, aut petere aliud vinum sine suspicione renelata confessionis, tenet vinum si mixtum sumere, & Deo se commendare; etiam si in hoc casu Sacerdos esset in male statu, & non possit confiteri, tunc enim debet prouideri sibi omni meliori modo, quo possit, de contritione, qua cum Sacramento in voto sufficiet ad eternam silentem. Ex part. 5. tract. 11. Ref. 47.

§. 1. **A**ffirmatio responderet Gabriel in 4. diff. 21. quest. 1. art. 3. Sed merito contraria sententiana docent Doctores, quos citat & sequitur auctor Turrianus de pénitentia disput. 33. dub. 5. quia maius sequitur bonum est feruare secretum confessionis propter bonum fidelium, & reverentiam Sacramenti, quam sit vita vnius hominis, sicut in bello potest esse obligatio militis, cum periculo etiam manifesto vita propter bonum publicum.

2. Ex quibus infertur primò Sacerdotem qui cum aliis iter agens, ex uno corum per confessionem intellectus in ingressu sylva parati sibi mortem, teneri